castrum destructum in totum asserentibus florentinis comitem licet non directo sed per simile reintegrare deletum et terra comitis ardovini episcopo supradicto licet non ex pacto tacito remanente. qui duo mala fecit. non terram ad se non pertinentem violenter intravit et fratri suo privans episcopatum concessit eandem que hodie per posteros detinetur eiusdem multo sanguine comperata. unde versus:

Nomen | sic tunc mons crucis ert cruciatus.

Post hec cum florentini amplius solito regionis inciperent dominari proposuerunt burgum martura dictum de comitis Guidonis dominio sibi supponere. Comes vero iam verberatus credens denuo verberari non posse de predicto burgo castrum construxit super podium qui podium bonizi dicebatur partem montis ut esset tutior defensio senensibus concedendo. prius tamen florentinorum